

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0671

0669

0675

0665

0680

0660

0720

0620

0770

0570

0170

Ende

Anfang

98

colligunt lapillos de sanctis locis et tollunt reliquias de eis
sine locorum sanctorum decalvatione. Hoc sanctum et devotum
est, ut patet fol. 253 A. His noctem illam quidam deduxerunt,
alii divinis vacabant, et a media nocte usque ad claram
diem Missas celebravimus.

**De exitu peregrinorum a dominico sepulchro et de
conventu eorum in montem Syon ad tractandum de
recessu eorum a Jerusalem.**

Vicesima secunda, quae est festum S. Mariae Magdalena,
cantavimus Missam in dominico sepulchro de dominica resurrec-
tione, in qua solemnis mentio fit S. Mariae Magdalena. Missa autem finita currebant peregrini recessuri per loca
sancta eaque cum lacrimis deosculabantur eis valedicentes
cum moerore propter instantem separationem. Habent enim
pro certo loca sancta vim quandam attractivam, qua in fine
magis attrahebantur peregrini, et in dominicum sepulchrum
convolabant, exibant et intrabant tamquam apes in alvearium.
Interea venerunt Sarraceni nosque de ecclesia ejecerunt,
praeincipentes nobis, ut omnes simul ascenderemus in montem
Syon, quia ibi aliquid nobiscum tractare vellent. Exeuntes
autem ecclesiam ingressi sumus capellam sanctae Mariae Mag-
dalena, quae est in atrio ecclesiae, de qua habetur fol. 122 A,
et ejus patrocinia ibi postulavimus, cantantes hymnum: Lauda
mater ecclesia etc, cum antiphona: O mundi lampas etc.
Et his peractis ascendimus in montem Syon et invenimus
fratres jam inchoasse Officium de sancta Maria Magdalena,
cui et interfuius usque ad finem, erat enim adhuc mane,
necdum hora prandii affuit.

**De separatione peregrinorum montis Synai ab aliis,
et de conventione eorum.**

Post Missam venit dominus praefectus de Jerusalem,
Naydan, cum quibusdam senibus Sarracenis, et dominus
Sabathyntaco, Calinus major, id est, magister hospitalis major,
Sarracenus Trutschelmannus, et Elphahallo, Calinus minor,

